

zarum hoc solo vestitionis ritu, sine aliâ unctione vel consecratione, in monte hoc consecravit pontificem, et patris successorem. Ita Abulens. Id factum est præter legem et morem. Primò enim, vivente patre, filius in lege veteri non poterat fieri pontifex. Erat enim hæreditarius et perpetuus pontificatus apud Judæos, ita ut ne ipsi quidem parentes eum in filios resignare possent, quamvis officio fungi poterant. Secundò, quòd extra tabernaculum et castra, idque solâ vestitione vestium pontificalium, Eleazarus consecratus sit pontifex. Eleazarus verò, utpote primogenitus, debebat suscipere pontificatum, nec poterat eum in fratrem Ithamar rejicere: quia jusserat Deus ut primogeniti patri succederent in pontificatu, eumque susciperent, sibi que in eo deservirent, nisi haberent maculam, de qua Levit. 21, 17.

VERS. 29. — ILLO MORITO IN MONTIS SUPERILLO. Moritur Aaron anno quadragesimo ab egressu ex Ægypto, ætatis 125, in mense quinto, ut dicitur Numer. 35, 38; idque extra castra, uti et Moses; ne Hebræi in idola proni, eos, eorumque corpora, quasi numina colerent; atque in monte Hor, id est, in monte montis, ut dignus locus meritis ejus monstraretur, inquit S. Hieron. ad Fabiol. de 42 mansion. in 54. Aaron enim hebraicè idem est quòd montanus, qui in monte rectè moritur: quia ut mons, cæteris superavit, tam officio quàm virtute. Hinc patet Aaronem in morte habuisse hæc tria privilegia. Primum, quòd mortuus sit nullo præventivo vulnere, morbo, aut tacto vitæ, sed in plèna sanitate (sanus enim et validus conscendit montem Hor) quasi dormiens de vitâ hæc assumptum sibi succedere, quòd viderit filium suum Eleazarum sibi succedere, vestibusque pontificalibus indui;

## CAPUT XXI.

1. Quod cum audisset Chanaanæ rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnavit contra illum, et victor existens, duxit ex eo prædam.

2. At Israel vultu se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu meâ, delebo urbes ejus.

3. Exaudivitque Dominus preces Israel, et tradidit Chanaanem, quem ille interfecit, subversis urbibus ejus: et vocavit nomen loci illius Horna, id est, anathema.

4. Profecti sunt autem et de monte Hor, per viam que ducit ad mare Rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tedere cepit populum itineris ac laboris.

5. Locutusque contra Deum et Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ; anima nostra jam nanscat super cibo isto levissimo.

6. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas et mortes plurimorum.

7. Venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum et te: ora ut tollat a nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo.

8. Et locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, et pone eum pro signo: qui percussus aspexit eum, vivet.

itaque pontificem consecrari. Tertium, quòd in presentia et quasi in gremio charissimi fratris sui Moysis, et filii Eleazari expiravit, illique ipsi oculis clausuravit; nec verò Moses et Eleazarus assistentes Aaroni morienti, inde legalem immunditiam contraxerunt, quia Deus, hoc ipso quòd jubebat egs assistere morienti, in hac lege et legali immunditiâ dispensabat. Ita Abulens.

Addit quartum R. Salomon, cui credat qui volet, quòd isti tres, scilicet Moses, Aaron et Eleazarus, ascendentes in montem Hor, invenit speluncam, et lectum paratum, et lampadem ardentem, uti solet mortuis aptari, indeque cognoverit Moses, illum locum à Deo esse paratum pro dormitione Aaronis. Extus ergo vestibus, et induto Eleazaro, incubit Aaron lecto, et clausis oculis susceptus est à Domino in pace: Moses autem videns mortem ita placidam, desideravit similem, quæ et ei promissa est cap. 27, 15; et Deut. 32, 50.

VERS. 30. — OMNIS AUTEM MULTITUDO VIDENS OCCURRISE AARON, FLEVIT SUPER EO TRIGINTA DIEBUS. Ita et Mosen defunctum flevit triginta diebus, Denter. ult., et Joseph cum suis planxit Jacobi patris mortem 30 diebus.

Dices: Genes. 50, 5, dicitur Joseph eum planxisse 70 diebus. Respondo: Ex hisce 70 diebus primi 40 pertinerunt ad condendum corpus aromatizatum, juxta morem Ægyptiorum, ut patet ibidem v. 5, triginta verò ultimi propriè erant plangentis. Ad hoc ergo tricenario dierum accepit Ecclesia morem pro defunctis faciendi tricennaria, id est, triginta dierum memoriam, preces et elemosynas. Ita Abulens.

## CHAPITRE XXI.

1. Arad, roi des Chanaanéens, qui habitait vers le midi de la terre de Chanaan, ayant appris qu'Israël était venu par le chemin des espions, combattit contre Israël; et l'ayant vaincu, il en emporta les dépouilles.

2. Mais Israël s'engagea par un vœu au Seigneur, en disant: Si vous livrez ce peuple entre mes mains, je ruinerai ses villes.

3. Le Seigneur exauça les prières d'Israël, et lui livra les Chanaanéens, qu'il fit passer au fil de l'épée, ayant détruit leurs villes; et il appela ce lieu Horna, c'est-à-dire, anathème.

4. Ensuite ils partirent de la montagne de Hor, et ils prirent par le chemin qui mène à la mer Rouge pour aller dans la terre de Chanaan, en tournant tout autour du pays d'Edom. Et le peuple commença à s'ennuyer du chemin, qui était fort long, et du travail, qui était fort grand.

5. Parla contre Dieu et contre Moïse, et lui dit: Pourquoi nous avez-vous fait sortir de l'Égypte, afin que nous mourrissions dans ce désert? Le pain nous manque, nous n'avons point d'eau, le cœur nous soulève maintenant à la vue de cette chétive nourriture.

6. C'est pourquoi le Seigneur envoya contre le peuple des serpents, dont la morsure brûlait comme le feu: plusieurs en ayant été blessés ou tués,

7. Ils vinrent à Moïse, et lui dirent: Nous avons péché, parce que nous avons parlé contre le Seigneur et contre vous. Priez-le qu'il nous délivre de ces serpents. Moïse pria donc pour le peuple,

8. Et le Seigneur lui dit: Faites un serpent d'airain, et mettez-le au bout d'une pique, pour servir de signe. Quiconque étant blessé des serpents le regardera, sera guéri.

9. Fecit ergo Moyses SERPENTEM æneum, et posuit eum pro signo: quem cum percussus aspicerent, sanabantur.

10. Profectique filii Israel, castrametati sunt in Oboth:

11. Undè egressi, fixere tentoria in Jebsirim, in solitudine, quæ respicit Moab, contra orientalem plagam.

12. Et inde moventes, venerunt ad torrentem Zared,

13. Quem relinquentes, castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, et prominet in finibus Amorrhæi; siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas et Amorrhæos.

14. Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.

15. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Ar, et recumbarent in finibus Moabitarum.

16. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, et dabo ei aquam.

17. Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant:

18. Puteus quem foderunt principes, et paraverunt duces multitudinis in datore legis, et in baculis suis. De solitudine, Matthæa.

19. De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth.

20. De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.

21. Misit autem Israel nuntios ad Sehon, regem Amorrhæorum, dicens:

22. Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros et vineas, non bibemus aquas ex puteis, viâ regiâ gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

23. Qui concedere noluit ut transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obviam in desertum, et venit in Jasa, pugnavitque contra eum.

24. A quo percussus est in ore gladii, et possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc, et filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.

25. Tulit ergo Israel omnes civitates ejus, et habitavit in urbibus Amorrhæi, in Hesbon scilicet et viculis ejus.

26. Urbs Hesbon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnavit contra regem Moab; et tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat usque Arnon.

27. Idcirco dicitur in proverbio: Venite in He-

9. Moïse fit donc un SERPENT D'AIRAIN, et il le mit au bout d'une pique pour servir de signe; et ceux qui, ayant été blessés, le regardaient, étaient guéris, non par le serpent qu'ils voyaient, mais par le Sauveur, dont il était la figure.

10. Les enfans d'Israël étant partis de ce lieu, campèrent à Oboth:

11. Bon étant sortis, ils dressèrent leurs tentes à Jebsirim, dans le désert qui regarde Moab, vers l'orient.

12. Ayant décampé de ce lieu, ils vinrent au torrent de Zared.

13. Qu'ils laissèrent; et après quelques jours de marche, ils campèrent vis-à-vis le torrent d'Arnon, qui est dans le désert de Cademoth, et qui touche à la frontière des Amorrhéens. Car Arnon est à l'extrémité de Moab, et sépare les Moabites des Amorrhéens.

14. C'est pourquoi il est écrit dans le livre qui contient des nouvelles plus détaillées des guerres du Seigneur: Il fera dans les torrents d'Arnon ce qu'il a fait dans la mer Rouge.

15. Les rochers où est la source des torrents qui forment l'Arnon se sont abaissés pour donner à son peuple le moyen de descendre vers Ar, et se reposer sur les confins des Moabites, que ce fleuve sépare d'avec les Amorrhéens.

16. Au sortir de ce lieu, comme les Israélites manquaient d'eau, parut un puits dont le Seigneur parla à Moïse, en lui disant: Assemblez le peuple, et je lui donnerai de l'eau. En effet le Seigneur leur découvrit ce puits.

17. Alors Israël chanta ce cantique: que le puits monte. Et ils chantaient tous ensemble: Puits, montez, élevez vos eaux, afin que nous soyons pleinement désaltérés.

18. C'est le puits que les princes ont creusé, que les chefs du peuple ont préparé par l'ordre de celui qui a donné sa loi, qu'ils ont, dis-je, creusé et préparé en découvrant, avec leurs bâtons, le lieu où il était caché. De ce désert, le peuple vint à Matthana.

19. De Matthana à Nahaliel; de Nahaliel à Bamoth.

20. De Bamoth on vient à une vallée dans le pays de Moab, près de la montagne de Phasga, qui regarde le désert de Cademoth.

21. Israël envoya de là des ambassadeurs à Sehon, roi des Amorrhéens, pour lui dire:

22. Nous vous supplions de nous permettre de passer par votre pays: nous ne nous détournerons ni dans les champs, ni dans les vignes; nous ne boirons point de l'eau de vos puits; nous n'irons point dans vos maisons, ni dans vos champs pour en puiser; mais nous marcherons par la voie publique, jusqu'à ce que nous soyons passés hors de vos terres.

23. Sehon ne voulut point permettre qu'Israël passât par son pays, et ayant même assemblé son armée, il marcha au-devant de lui dans le désert, vint à Jasa, et lui donna la bataille.

24. Mais il fut tué en pièces par Israël, qui se rendit maître de son royaume, depuis Arnon jusqu'à Jeboc, qui en était la dernière place, et jusqu'aux confins des enfans d'Ammon, que les Israélites n'attaquèrent point; car, outre que Dieu le leur avait expressément défendu, la frontière des Ammonites était encore défendue par de fortes garnisons.

25. Israël prit donc toutes les villes de ce prince, et il habita dans les villes des Amorrhéens, c'est-à-dire, dans Hésébon, et dans les bourgs de son territoire.

26. Car la ville d'Hésébon, autrefois du domaine des Moabites, appartenait alors à Sehon, roi des Amorrhéens, qui avait combattu contre le roi de Moab, et lui avait pris toutes les terres qu'il possédait jusqu'à Arnon.

27. C'est pourquoi on dit en proverbe chez les Amorrhéens: Allez, venez à Hésébon; que cette ville, qui est maintenant la ville de Sehon, s'éleve et se bâtitse,



sebon, edificetur, et construat civitas Schon :

28. Igois egressus est de Hesebon, flamma de oppido Schon, et devoravit Ar Moabitaram, et habitatores excelsum Arnon.

29. Va tibi, Moab! peristi, popule Chamos. Dedit filios ejus in fugam, et filias in captivitatem, regi Amorrhæorum Schon.

30. Jngum ipsorum disperit ab Hesebon usque Dibon: lassè pervenerunt in Nophe, et usque Medaba.

31. Habitavit itaque Israel in terrâ Amorrhæi.

32. Misique Moyses qui explorarent Jazer; cuius ceperunt viculos, et possederunt habitatores.

33. Verteruntque se, et ascenderunt per viam Basan, et occurrè eis Og, rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai.

34. Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tuâ tradidit illum, et omnem populum, ac terram ejus, faciesque illi sicut fecisti Schon, regi Amorrhæorum, habitatori Hesebon.

35. Percusserunt igitur et hunc cum filiis suis, universanque populum ejus usque ad internecionem, et possederunt terram illius.

VERB. 1. — CHANANEUS REX ARAD HABITABAT AD MEDIAM TERRA CHANAN. Chananeus enim respectu solet Scriptura situs et plagas mundi consignare.

VENISSE SCILICET ISRAEL PER EXPLORATIONEM VIAM. Ita et Chald. Vatablus et alii passim, q. d.: Cum intellexit Arad venisse Hebræos per viam illam, per quam olim anno secundo egressus ex Ægypto, transierant 12 exploratores eorum in terram Chanaan. Numer. 13, tunc ex eo collegit, certoque sibi persuasit, eos per suam ditionem in Chanaan tendere: videbat enim illos eandem nunc inire viam. Septuag. vertunt per viam Atarem: retinent enim nomen hebræum, tanquam proprium loci esset.

VERB. 2. — AT ISRAEL VOTO SE DOMINO OBLIGANS AIT: SI TRADERIS POPULUM ISTEM IN MANU MEA, DELEBO URBS EJUS. Hebr. est succidam et anathematizabo eos. Erat enim hoc votum *cherem* (de quo dixi Levit. c. ult. v. 28) quo devovebant Deo urbes hostiles, et Deo inimicas. Hinc nomen loci appellatum est *Cherem* et *Chorna*, sive, ut noster et alii pronuntiant, *Herem* et *Horna*, id est, anathema.

Notat Ablens. qu. 4, Hebræis triplex fuisse horma, sive anathema: primum, quo tam homines et pecora, quam omnia quæ in urbe hostili erant, consumebantur, nihilque cedebat in usus vel populû, vel templi. Et tale anathema jussit Deus fieri urbes Hebræorum apostatantium à Deo ad idola, ut scilicet occidis omnibus hominibus et pecoribus, congregaretur omnis suppellex urbis in plateâ, ibique tota cremaretur, Deut. 13, 15, et tale hic videtur fuisse. Secundum, quo homines et pecora cum suppellectile peribant, reservato tamen auro, argento, ferro et are, ad usus sanctuarii; tale horma fuit Jericho, Josue 6, v. 24, ibi enim Hebræis sibi aliquid surripere nefas erat. Tertium, quo

quæ esse fortis, et quæ esse achivæ de consumer les Moabites. 28. Car le feu de la guerre est sorti d'Hésébon; la flamme est sortie de cette ville, qui est le fruit de la victoire de Schon; et elle a dévoré tout le pays jusqu'à Ar, ville des Moabites, et elle a consumé tous les habitants des hauts lieux d'Arnon.

29. Malheur à toi, Moab! tu es perdu; peuple adorateur de Chamos, ton Dieu a laissé fuir ses enfants, et a livré ses filles captives à Schon, roi des Amorrhéens.

30. Le jong tout les Moabites opprimaient Amorhon a été brisé jusqu'à Dibon. Ils sont venus tout lassés de leur fuite à Nophé, et jusqu'à Médaba.

31. Israël habita donc dans le pays des Moabites, qui avaient été conquis par Schon, roi des Amorrhéens.

32. Et Moïse ayant envoyé des gens pour considérer Jazer, ils prirent les villages qui en dépendaient, et se rendirent maîtres des habitans.

33. Ayant ensuite tourné d'un autre côté, et étant monté par le chemin de Basan, Og, roi de Basan, vint au-devant d'eux, avec tout son peuple, pour les combattre à Edrai.

34. Et le Seigneur dit à Moïse: Ne le craignes point, parce que je l'ai livré entre vos mains avec tout son peuple et son pays, et vous le traiterez comme vous avez traité Schon, roi des Amorrhéens, qui habitait à Hésébon.

35. Ils taillèrent donc en pièces ce roi avec ses enfants et tout son peuple, sans qu'il en restât un seul, et ils se rendirent maîtres de son pays.

## COMMENTARIUM.

soli homines occidebantur, pecora verò et supellex cedebat victoribus Hebræis: tale horma fuit urbs Hlai, Josue 8, 27.

VERB. 4. — ET TENDERE COEPTI POPULUM ITINERIS. Hebr. et populus abbreviatus est animâ, id est, fatigatus coepit animis cadere, languere et tedere. Est hic novum populi murmur, ob tam longam tot annorum, puta quadraginta, peregrinationem, anhelantis ad quietem et stabilem sedem et domum. Nam aliqui, ut superius dixi, Deus laborem itineris minuebat, ut vix fatigationem sentirent.

VERB. 6. — ANIMA NOSTRA IAM NAUSEAT SUPER CIBO ISTO LEVISSIMO, super manna. Tradit R. Salomon manna fuisse cibum levissimum, qui non gravabat stomachum, nec aliquid emittebat in secessum: unde timuerunt Hebræi ne intra viscera eorum putresceret, itaque morerentur, eaque de causâ murmurarunt. Sed hoc sunt solite ejus nœnie. Nullus enim cibus est qui non habeat aliquid impuri, quod natura non convertit in suam substantiam, sed rejicit, et in secessum emittit: ergo de mannâ idem dicendum est. Ita Ablens. Alia ergo fuit causâ murmuris de mannâ, quam dedit Num. 11, 6.

VERB. 6. — QUAMOBREM MISIT DOMINUS IN POPULUM IGNITOS SERPENTES. Dominus hic fuit Dominus Pater, cum Deus Filius, puta Christus, ut docet Apost. 1 Cor. 10, 9. Unde patet contra Arianos et Servetianos, Christum esse verum Deum ac Dominum omnium. Serpentes hi igniti dicuntur, non quòd natura essent igneæ, sed ab effectu, quòd morsu suo tantum calorem inducerent, ut mors ab eis sibi viderentur; quos proinde Plinius *presteres* vocat, hi enim græci; idem sunt quod hebr. *seraphim*; unde Vatabl. *arentes* vertit: hebr. enim est שרפים *seraphim*, quo nomine

vocatur primus ordo angelorum, ab ardore charitatis. Hos serpentes suscitavit Deus ex ipso Arabia deserto: ibi enim, uti et in Lybiâ, abundant. Unde Deut. 8, 15, dicitur: *Director tuus fuit in solitudine magnâ atque terribili, in quâ erat serpens statura adurens, et scorpia, et dipsas*. Hinc et Cato apud Luceum l. 9 de serpentibus deserti Lybiæ ait:

*Serpens, situs, ardor, arena*

*Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.*

Porrò serpentes, sive dracones, aliquando visos esse ignitos, id est, qui ignem vomerent, narrat historic. Lesleus in suâ Scotia anno Domini 1538, refert apud Marchiam et Landoviam, draconem quemdam tantos ignes vomisse, ut his segetes et fruges incenderet; quocirca colonos pervigilare debuisse, ut eos assidue extinguerent.

Nota. Aptè serpentibus ponuntur, qui serpentum virulentiam imitantur. Murmuratores enim et detractores acuerunt linguam suam sicut serpentes, inquit Psaltes, ac mordent in occulto ut serpentes. Justè ergo eis quasi carnifex dominatur serpens. E contrario humilem, mitem et obedientem Antonium metuebant et fugiebant serpentes, teste S. Athanasio in ejus Vita. Et boas serpens obedivit pio et sancto Hilarioni: eum enim homines et boves deglutiret (unde boas est dictus) jussit ei S. Hilarion pyram præparari, et oratione ad Christum missâ, evocato præcepit struem lignorum scandere; mox ignem ipse suppositus, immanemque bestiam coneremavit, inquit S. Hieronymus in ejus Vita.

Sic Abbas Paulus manibus illasis tenebat aspides, serpentes et scorpions, eosque seclat per medium. Rogatus quomodò hanc gratiam accepisset, respondit: *Si quis possederit puritatem, omnia subjiciuntur ei, sicut Ade quando erat in paradiso ante prævaricationem divini mandati, ut habetur in Vita Patr. l. 6, tit. 2, n. 11.*

VERB. 8. — FAC SERPENTEM. Hebr. fac *seraphim* (unde *seraphim* jam dicti v. 6), id est, serpentem ignitum, hoc est, qui habeat similitudinem serpentis igniti et urentis, qualis est serpens ex ære fabricatus: æs enim candet, vel potius rubet instar ignis. Ita Vatablus. Secundò, factus est ex ære: si enim ex auro vel argento factus esset, fuisset ingentis et immanis pretii: erat enim ingens, ut mox dicam.

ET PONE EUM PRO SIGNO. Hebr. pone eum super vexillum (hoc enim significat hebr. nes) quasi dicat: Pone eum super hastâ, vel perlicâ vexillari, ut sit instar signi et vexilli, quòd ab omnibus videri possit. Unde sequitur, serpentem hunc æneum debuisse esse ingentem, atque altè admodum erectum; et, ut Christus ait, exaltatum fuisse, ut scilicet per tota castra, qua vastissima erant, faciliè per sex milliaria extendebatur, et vulneratis circumquaque videri posset.

Nam, qui percussus à serpentibus ignitis, ASPEXERIT EUM, VIVET, id est, in vitâ servabitur, et sanabitur. Non quòd serpens hic æneus vim aliquam naturalem eos curandi haberet, hoc enim est impossibile, uti fuscè hic demonstrat Ablens., sed quòd Deus hoc signo viso, eos miraculosè curaret. Fuit ergo hic serpens signum, simul et instrumentum morale hujus curacionis.

Congruum autem signum erat serpens æneus, potius quam bos aut ovis, quia Hebræi mors erant, non à bobus, vel ovibus, sed à serpentibus,isque ignitis: æneus autem colorem habet igneum, estque igne conflatus.

Allegorica et potissima causa fuit, ut serpens hic in ligno erectus, significaret Christum in cruce erectum, tanquam noxium et sceleratum, cuius intuitu per fidem et contritionem, sanamur à lethalibus peccatorum morsibus. Sicut enim serpens hic habebat formam serpentis, sed non venenum, ita Christus assumpsit formam peccatoris, sed non peccatum. Hoc est enim quod Christus de se ait, Joannis 5, 14: *Sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari (in cruce) oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habent vitam æternam*. Ita Theodor. quest. 59; et Nysenus de Vita Mosis ante finem; et S. Augustinus serm. 191 de Tempore; et Tertull. lib. de Idololatria c. 5: *Effugies, ait, anei serpentes suspensum figuram designavit Dominica cruce, quæ à serpentibus, id est, ab angelis diaboli, nos erit liberata, dum per semetipsum diabolum, id est, serpentem, interfectum suspendit*. Unde et veteres Hebræi docuerunt, quòd morsus per serpentem antiquum Ade nobisque illatus, sanandus esset in diebus Messie. *Non te piget, inquit S. Bernardus, videre serpentem in patibulo pendentem, si vis videre regem in solio residentem*.

S. Antonius magnus contra demonum insultu athleta, rogatus à discipulis, quemam arna validè et certè diabolicis impugnationes repellerent, respondit: *Signum crucis, et ardens in Christum fides, inexpugnabilis sunt visis Deo dicatis, et æneus mirus adversus demonum machinationes*; testis est S. Athanas. in ejus Vita. B. Magdalena in antro suo penitens, tentata à spectris demonum Jesum invocavit. Affuit S. Michael qui eos fugavit, et crucem in ore splendens erexit, dicens: *Ne extimescas, custos tui est Altissimus. Crucem ergo complexa, et ad crucem orans, in eaque Christum salutem suam contemplantis letè et piè ibi tringenta annos penitit*.

Crux, inquit S. August. sermone in parasceve, *nobis totius causa beatitudinis est: hæc nos à cæcitate liberat erroris: hæc à tenebris reddidit luci: hæc debellatos reddidit quieti: hæc alienos Deo conjunxit: hæc peregrinantes eos ostendit. Hæc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc donorum omnium abunda largitio. Hodie crux fixa est, et seculum sanctificatum est. Hodie crux fixa est, et demones dispersi sunt. Hodie crux fixa est, et mors subversa est. Hodie crux vicit, et mors vicia est. Hodie diabolus vincit, homo solutus est, et Deus glorificatus est. Idem l. de Virg. Inspicite, ait, vulnera pendentes, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgentes; caput habet inclinatum ad osculandum, cor aperit ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogitate, hæc in statera vestri cordis appendite, ut totus vobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce*.

Piè S. Bernardus serm. 15 in Cantica: *Quam dal-*



cter, ait, Domine Jesu, cum hominibus versatus es! quem abundanter multa magna bona hominibus largitus es! quam fortiter tam indigna, tam aspera et dura pro hominibus passus es! dura verba, duriora verbera, durissima supplicia! O duri, et indurati, et obdurati filii Adam, quos non enollit tanta flamma, tanta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus sarcinulis tam pretiosas merces expendit! Ideam serm. de passione Domini: In passione Domini, ait, tria specialiter convenit intueri: opus, modum, causam. Nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur: patientia singularis, humilitas admirabilis, sed charitas inimitabilis.

Addit S. August. serpentem hunc fuisse anem, ut significaret primò, divinitatem et aternitatem Christi: es enim durissimum est, incorruptibile et quasi aeternum. Secundo, crucis Christi claritatem et gloriam, quae omnes gentes pervasit. Aenea enim vasa, inter omnia metalla, maximum solent edere sonum et tintinnu. Tertio, igneam charitatem tum Dei, tum Christi in cruce tam dolere, quam amore nostri, assi et tostati; hic enim aneus serpens erat *seraph*, id est, ignitus, ut dixi. Et hoc est quod S. Joan. c. 5, 16, mox subdit, dicens: *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non perdat, sed habeat vitam aeternam.* Quae verba singula, novum amoris argumentum et stimulum ingerunt, ut patet ea expendenti. Expende ea ad Titum 5, v. 4. Christus ergo crucifixus est *seraph*, id est, ignitus, urens, accendens, et conburens nos suâ charitate. Aptè ergo *aneus serpens in ligno suspensus est, ut Dominus et in serpente mortuus, et in aere significaretur aeternus, videlicet, ut et indicaretur mortuus per humilitatem, et quasi case aneus per divinitatem*, ait S. Ambros. Ansbertus, l. 5 in Apoc. post initium.

Hac de causâ Seraphinus ille specie crucifixi apparens S. Francisco, ei in manibus, pedibus, et latere quinque Christi vulnera, quasi sacra stigmata impressit, eoque totum in Christi crucifixi amorem transformavit, et seraphinum, in Christo confixum cruci effecit, ut deinceps novo mentis ardore, novo corporis martyrio aliud penè non sentiret, aliud non cogitaret, aliud non amaret, aliud non diceret quam: *Da, Domine, ut amore amoris tui moriar, qui pro amore amoris mei dignatus es mori.* Vide S. Bonavent. in ejus Vita.

Hunc serpentem anem, in memoriam tanti beneficii, Hebraei secum deverterunt per desertum in Chanaan, ibique mansit usque ad tempora Ezechiae regis Juda, qui eum, eò quod numinis loco à plebe haberet et colli ritum et modum cum colendi narrat Philastrius bar. de reno serpente tono 5, pag. 10) inciperet, confringi jussit, eumque pro *nechoset*, id est, aneo, per diminutionem et contemptum vocavit *nechosan*, vel *nestan*, id est, anulum, quasi dicat: *Quid putatis, o miseri Iudei, parum vris habere divinitatem? anulum hunc serpentem esse Deum?* Reg. 18, 4.

VERS. 11.—UNDE EGRESSI VIDERE TENTORIA IN JEABARIM, hebr. est *bede habarim*, quod Chald. accipit, non ut proprium, sed ut appellativum, veritèque

juxta vadum transcuntium, scilicet in desertum.

VERS. 14.—UNDE DICTUR IN LIBRO BELLOREM DOMINI. Fuit hic vetus liber, ante Pentateuchum conscriptus, sed intercidit, sicut et libri Henoc, Gad, Natan, Addo, et multorum aliorum quorum meministi Scriptura. Ita S. August. quest. 42, et Raban. Unde patet librum hunc fuisse propheticum: prophetat enim futuram victoriam sub Mose, contra Amorrhæos, ut patet v. 24. Posset tamen quis et forsân veris dicere, librum hunc posterioris esse conscriptum, ut *si sic faciet*, v. 14, idem sit, quod *si fecit*: videtur enim hæc ab alio quopiam, qui Mosis diaria hæc digessit, illi esse intexta, ut dixi in præmio Genesios. Sic enim Proverbia Salomonis ab eo sparsim scripta, ab alio collecta, et in unum librum Proverbiorum digesta esse, satis patet ex c. 25 Proverb. v. 1. Perperam ergo Eubabius vertit: *Ideo dicitur in commemoratione bellorum Domini.*

Allegoricè Rupert. hunc librum caelestem accipit, puta notitiam Dei, in qua conscripta est fides evangelica; et per oppositos illi torrentes Arnon, accipit eloquentiam hæreticorum. Arnon enim significat maledictionem eorum.

SICUT FECIT IN MARI RUBRO, SIC FACIET IN TORRENTIBUS ARNON. Vatablus vertit *ubem Vahab* (scilicet delevit, vel expugnavit Deus) in turbine, et torrentes qui adiacent Arnon. Favet ei Septuag. vertunt enim: *Propter hoc dicitur in libro: Bellum Domini combussit Zoob, et torrentes Arnon.* Ubi nota. Pro *Vahab*, Septuag. legerunt *Zoob*, scilicet pro *vax* legerunt *alline Zain*, idque cum aliis punctis. Verum melius verit noster, eique consentit Chald., nam *vahab* positum est pro *lahab*, id est, dedit. Sic ergo ad verbum habent Hebraei: *Quae dedit, vel fecit in mari Rubro, sic (nam enim copulativum, cum similia connectit, significat sic, sicut) eadem in torrentibus Arnon, supple faciet.*

Jam ommissâ sententiarum varietate, sensus est, q. d.: Sicut Dominus pugnavit pro Israele, contra Aegyptios in mari Rubro, ita et faciet, id est, fecit, in Arnon, pro Hebraeis pugnando et devincendo Sehon regem Amorrhæorum; q. d.: Ideo rectè dixi v. 13, Arnon prominere in finibus Amorrhæi; quia ibi casus est Sehon Amorrhæus, vosque, o Hebraei, occupastis ejus dittonem, usque ad confinia Moab, ut patet v. 24.

VERS. 15.—NAM SCOPULI TORRENTIUM ARNON INCLINATI SINT (inclinantur) UT REQUIESCERENT (et requiescunt) IN AR (ita enim legendum est cum Hebr., Chald. Septuag. non Arnon, uti legunt Biblia regia et Plantiniana) quae civitas est Moabitaram, ut patet Deuter. 2, v. 29, idèque recumbunt in FINIBUS MOABITARUM, q. d.: Scopuli Arnon contermini sunt, et prominent in Ar, urbe Moab: unde patet Arnon et Amorrhæos conterminos esse Moabitis; ac consequenter, quòd vos, o Hebraei, occupando Arnon et dittonem Sehon Amorrhæi, peringatistis usque ad confinia Moab: omnia enim hæc pendunt ab illâ sententiâ v. 13: *Siquidem Arnon terminus est Moab, ditidens Mo-*

bitas et Amorrhæos, eamque explicant. Secundo, Hebraei, quos sequuntur Lyranus, Abulensis, Hugo, Adrichom, et alii, tradunt Amorrhæos in hisce scopulis Arnon fuisse Hebraeis insidiatos, dum illæ transirent; sed à Deo miraculosè inclinatos fuisse hosce scopulos, et corruisse sper ipsos Amorrhæos, itaque is oppressis, liberos evasisse Hebraeos, idque hisce verbis significari: *Scopuli torrentium inclinati sunt*, etc. Sed eniperem hujus traditionis antiquiorem habere auctorem: mirum enim videtur Mosen tantum miraculum hic silentio preterisse, presertim cum ipse pugnam et victoriam de Amorrhæis enarret v. 25. Tertio, Vatablus Hebr. *exced*, vertit *effusiones*, q. d.: Deus expugnavit effusiones torrentium, id est, regionem Amorrhæorum, per quam effunduntur et defluent amnes, ab Arnon usque ad Ar, defluuntque in regionem Moabitidum. Verum potius credendum est S. Hieron. et Hebraeis, qui *exced* vertunt *scopuli*. Primum ergo sensus planus et genuinus videtur.

VERS. 16.—EX NO LOCO, INTELLIGE DIGRESSIS: unde hebraicè est, et *exinde ad puteum*, scilicet venerunt.

APPARET PUTEUS, SUPER QVO LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEN: CONGREGA POPULUM, ET DABO EI AQUAM. Hinc videtur populum laborasse siti et aquarum penuria; unde Mosen pro eâ levandâ rogasse Dominum, qui exoratus ostendit ei puteum, dicens: *Congrega populum ad puteum hunc, et ex eo dabo ei aquam.* Similes aposiopes Hebraei crebre sunt in Scripturâ.

VERS. 17.—TUNC EGRESSIT ISRAEL CARMEN ISTUD: ASCENDAT PUTEUS. Puteus, id est, aqua putei, q. d.: Continù ebulliat et ascendat aqua è fundo putei, ut omnes nos ex eo bibere possimus, æquè ac jumenta nostra. Est hoc carmen gratulatorium exultantium de tanto beneficio et miraculo, qualia multa sunt in Scripturâ.

CONCINEBANT. Hoc per parenthesis intercepte, et accipit: nam interrumpit ipsum carmen: quò enim proximè sequuntur, sunt verba carminis jam inchoati, illudque complent. Chaldeus tamen, Sept. et recentiores, pro *anu la*, id est, *concinebant de eo*, aliis punctis legunt in imperativo *enu la*, id est, *concinite illi*, q. d.: Huc ite gratulamini, et applaudite, illique hynnum concinite; et sic hæc verba ad carmen pertinent.

VERS. 18.—PUTEUS, QUEM FODERUNT PRINCIPES, ET PARVERUNT DUCES MULTITUDINIS, IN, id est, cum, DATORE LEGIS, id est, MOSE, ET IN, id est, cum, BACULIS SUI. Hinc videtur, quòd Deus ostenderit Mose fontem, sive venam aquarum, quam Moses et principes populi, suis baculis, id est, lignibus, terram circumfidentes, dilatârunt, et profundiores effecerunt, ut esset instar putei.

DE SOLITUDINE, MATTHANA, q. d.: De solitudine in Matthana profecti sunt Hebraei, uti addunt Biblia regia et Plantiniana, et patet ex seq.

VERS. 19 ET 20.—DE MATTHANA IN NAHALIEL: DE NAHALIEL IN BAMOTH. DE BAMOTH, VALLIS EST IN REGIONE MOAB, IN VERTICE PHASGA, id est, de Bamoth incipit vallis Moab; quæ est in, id est, juxta verticem

montis Phasga, quod (Phasga) RESPICIT CONTRA RESETEREM, q. d.: Hebraei jam venerant ad fines deserti, scilicet ad vallem regionis Moab, quæ est juxta Phasga.

Tropolog. inquit Rupert. significantur hic ii qui meritis et gratiâ proficiunt. Matthana enim heb. idem est quod domus descendens, scilicet à patre luminum; ex quo primò ascendunt in Nahaliet, id est, in hereditationem, vel possessionem Dei, per activæ vite virtutem: deinde in Bamoth, id est, in excelsa, scilicet contemplativæ vite. De Bamoth hæc vallis est, scilicet humilitatis: hæc enim nascitur ex consideratione et contemplatione tam Dei quam sui, eaque est juxta verticem Phasga, hoc est, juxta altam sapientiam et faciendam: hæc enim docet humilitas (nam Phasga hebraicè idem est quod *multum*) idque contra desertum, id est, contra nimiam desertoris diaboli mendacia. Hinc etiam proverbium est apud Hebraeos, *ex Nahaliet Bamoth*, hoc est, ex virtute et pietate oritur celsitudo et gloria. Virtus enim est quasi hereditas et possessio Dei, quam significat Nahaliet.

Porrò, Chaldeus hæc accipit, non ut nomina propria, sed ut appellativa, referatque ad puteum, de quo v. 16. *Matthana* enim hebraicè idem est quod datum, vel donum. *Nahaliet* est torrens. *Bamoth* sunt colles; sic ergo ipse vertit: *Ex eo tempore quo datus est eis (puteus) descendit cum eis ad torrentes, et de torrentibus ascendit cum eis ad collem, et de colle ad vallem, quæ est in agris Moab*, quasi hic puteus miraculosè quaqueversum secutus sit Hebraeos. Chaldeum sequuntur, eoque se tuerunt multi alii, qui dicunt petram danielem aquas instar fontis, vel putei, reverè comitatum esse Hebraeos, idque significare Apostolum 1 Cor. 10, cum ait: *Bibebant autem de spiritali conseqente eos petra*, quâ de re ibidem dixi. Certè doctissimus Bellarmino et aliis videtur hæc esse fabella Judaica.

VERS. 21, 22 ET 25.—MISIT AUTEM ISRAEL NUNTIOS AD SEHON REGEM AMORRHÆORUM, DICENS: OBSECO UT TRANSIRE MIHI LICEAT PER TERRAM TUAM, etc.; QUI CONCEDERE NOLUIT. Deuter. 2, v. 24 et seq., ubi hæc finis narratur, dicitur Deus indurasse Sehon, ne transitum daret. Volebat enim Deus regionem Sehon, æquè ac Og regis Basan, dare Israelitis; utramque enim se Hebraeis daturum promiserat, Genes. 15, 20. Ibi enim per terram Raphaim, intelligit terram Og gigantes. Notandum est, ait S. August. q. 40: *Quomodo hic ab Hebraeis juxta bella gererantur; animosus enim transitus eis negabatur, qui jure humanæ societatis æquissimo, patere debebat: quoniam hic tantum belli prætextus fuit et occasio. Nam vera causa fuit, promissio et donatio Dei, de quâ jam dixi.*

VERS. 25 ET 24.—PEGNAVITQUE (SEHON) CONTRA ISRAEL, IN ISRAEL: A QVO PERCESSUS EST IN ORE GLADI, id est, in acie gladii. Acies enim gladio est id quod homini os. Secundo, in ore, id est, in occasione: hoc est, per occasionem gladii; ita Septuag. Sicut enim os devorat panem, ita gladius devorat, occidit et consumit homines.



VERS. 24. — ET POSSESSA EST (ab Israele) TERRA EJUS (SEhon) AB ARNON USQUE JEBOC, ET FILIOS AMMON: QUIA FORTI PRÆSIDIO TENERANTUR TERMINI AMMONITARUM. Nota: *quæ*, q. d.: Ideò Israelitice occupantes ditensionem Sehon, non invaserunt Ammonitas vicinos, sed ibi steterunt: quia Ammonitice valido præsidio se contra Israelitas communiaverant. Fuit et alia potior causa: quia scilicet Deus vetuerat eos invadi, ut patet Deut. 2, 9.

VERS. 25. — TELIT ERGO (à Sehon abstulit, et in suum dominium transtulit) ISRAEL OMNES CIVITATES EJUS, ET HABITAVIT IN URIBUS AMORRHÆI, cæ partitione inter duodecim tribus, quæ recensetur cap. 52, IN HESERON SCILICET, ET VICINIS EJUS. Hebr. et *filiius ejus*. Hebræi enim urbes et vicus, metropoli subjectas vocant *filias*, per metaphoram, eò quod à metropoli suâ dependant, uti aliam à matre.

VERS. 26. — URBS HESERON FEIT SEHON REGIS AMORRHÆI, QUI PUGNAVIT CONTRA REGEM MOAB, et pugnando extorsit ipsi Hesebon, cæterasque urbes ejus, usque ad Arnon: patet ex Hebræo. Occurrit hic Moses tacite objectioni: Dicit enim quis quomodò Hebræi occuparent Hesebon, urbem Moabitaram, cum Deus eis vetuerit pugnare contra Moabitas? Respondet quòd Hesebon amplius non erat Moabitaram, sed Amorrhæorum: nam illum eis ademerat Sehon, jure belli, per quod ex jure gentium transferitur dominium, sicut per venditionem, ut patet ff. de jussit. et jur. in l. *Ex hoc jure*. Hinc tamen rex Moab, post trecentos annos captivum titulum repetendit Hesebon, cæterasque hæc urbes à Jephthe; sed rectè respondit ei Jephthe, primo, se cas non à Moabitis, sed ab Amorrhæis accepisse. Secundo, se eas pacificè possessisse per trecentos annos, itaque titulo prescriptionis eas sibi vindicare: cùmque rex Moab et Ammon non acquiserent, armisque eas repeteret, à Jephthe fusus et contritus est, ut patet Judic. 11. Ita Abul.

VERS. 27. — INCIRCO DICITUR IN PROVERBIO: VENITE IN HESERON. Proverbum hoc est carmen proverbiale, sive epinicion, quale de uribus, vel hostibus devictis milites aliive rhythmicè solent pungere, præsertim in tragœdiâ, quale est illud de Davide vincente Goliath: *Percussit Saul mille, et David decem milia*, 1 Reg. 18.

ÆDIFICATUR ET CONSTRUITUR CIVITAS SEHON, q. d.: Ædificatur civitas Hesebon, quæ Moabitis adempta, capta et vastata est à Sehon rege Amorrhæorum: ut scilicet Sehon in eâ sibi et Amorrhæis regiam constitueret. Nam ex vers. 50 liquet Moabitas dominatos esse urbi Hesebon, et in eâ habuisse suos milites præsidarios: sed Sehon illos eiecit et expulit, sequè aliosque Hesebonis regem constituit, indeque quasi ignis proserpsit, et totam Moabitidem combussit, vastavit, sibique subject. Vide Jerem. 48, 43; unde et sequitur:

VERS. 28. — IGNIS EGRESSUS EST DE HESERON, FLAMMA DE OPIDIO SEHON, ET DEVORAVIT AR MOABITARUM, ET HABITATORES EXCELSORUM (qui habitabant in locis excelsis) ARNON, q. d.: Sehonis victoria, oppressio et subversio vastans totam Hesebon, pervagata est circumquâ-

que, usque ad urbem Ar, quæ est in Moab, et usque ad Arnon, quod est ei confine. Hic ergo Hesebon vocatur oppidum Sehon, quasi victoris: more enim rhythmi Hebræi et poetici, hic versus idem dicit et repetit, sed aliis verbis; idem enim est, *ignis egressus est de Hesebon, quod, flamma de oppido Sehon*.

VERS. 29. — VÆ TIBI, MOAB! PERISTI, POPEL CHAMOS, q. d.: Peristis, ô Moabite, qui colitis idolam Chamos, 5 Reg. 11, 5, nec Chamos vester potuit vos ab hæc clade liberare.

Nota. Sehon non perdidit, nec subegit omnes Moabitas: nam Balac eodem tempore adhuc regnabat in Moab, ut dicitur c. seq. v. 8, sed tantum perdidit Hesebon, et loca ei vicina, eorumque incolas, Moabitis antea subjectos.

Consent periti linguarum Chamos fuisse Bacchum, deum temulentie, indeque dici Græcum *κύβητος*, et Latinum comessari et comædia. Vide dicta ad Roman. 15, 15.

DEBIT, scilicet Chamos, id est, dari, capi et occidi permisit filios Moab, sibi devotos, à Sehon rege Amorrhæorum.

VERS. 30. — JECUM ISORUM (Moabitarum, quod ipsi imposuerunt incolis Hesebon) DISPERIT AB HESERON, USQUE DIBOS. Chald. vertit: *Regnum cessavit ab Hesebon, ablata est potestas à Dibon*. Hebræa habent, *lucerna*, id est, gloria regni, eorum, Moabitarum, perit ab Hesebon.

LASSI PERVERERUNT IN NOPHE, lassî, scilicet ex fugâ. Nam Hebræicè est *fugientes*, scilicet ex clade Hesebon per Sehon illatâ, *venerunt in Nophe*. Hebræum enim *nasim*, si scribatur *per sin*, quod idem est cum *sameth*, significat fugientes: sin scribatur *per schin*, significat uxores: et sic legerunt Septuag. Tertio, Chald. et recentiores *nascim* deducunt à *scamam*, id est, desolvit, vastavit, vertuntque *vastavimus*, scilicet Moab usque ad Nophe. Hic finitur rhythmus, sive carmen victorale de captâ Hesebon et Moab à Sehon.

VERS. 32. — MISITQUE MOYSES QUI EXPLORARENT JAZER, CULIS CEPERUNT VICULOS; ET POSSEDERUNT HABITATORES. *Possederunt*, id est, subegerunt occidendo, vel fugando habitatores sive incolas Jazer: nam non poterant eos Hebræi in dedicationem accipere. Jusserat enim Deus omnes Chananaeos occidi et exterminari, Deut. 20, 16, unde Chald. et Septuag. vertunt *ejecerunt*. Hebr. enim *taras*, est ex verbis contraria significationis; unde significat tam possidere et hereditare quam eicere et hereditate depellere.

VERS. 33 et 35. — OCCURRIT EIS OC REX BASAN, etc.; PERCUSERUNT IGGITUR ET HUNC CUM FILIIS SUIS, UNIVERSUMQUE POPULUM EJUS USQUE AD INTERSECTIONEM, ita scilicet, ut non relinquerent aliquem vivum superstitem, uti habent Hebr. et Sept. Notat Masius in Josue 12, Chaldaicum passim pro *Basan* vertere *Matan* vel *Matan*: quia posuit litteram *mem* pro *beth* (utraq; enim est littera labialis; ideòque affinis et commutabilis), quod etiam apud Græcos non est inselens. Secundo, pro *schin* posuit *tau*, quod Chaldaicè est solemne.

Audi hic, et ride lepidam, imò stolidam fabellam

Thaludicorum, de immensâ magnitudine hujus Og, ejusque strage. Og, inquit, maximus fuit gigas, qui adventantibus Hebræis montem duarum leucarum eradicavit; et in caput suum imposuit, ut Hebræos omnes uno montis hujus jactu obrueret: Deus autem misit formicas, quæ montem perforantes, cum descendere fecerunt usque ad humeros Og: mox crescentibus ejus dentibus ad decem cubitos, non potuit montem à se projicere. Id videns Moses, qui altus erat decem cubitos, accepit securim decem cubitorum, at-

## CAPUT XXII.

1. Profectique castrametati sunt in campestribus Moab, ubi trans Jordanem Jericho sita est.

2. Videns autem Balac, filius Sephor, omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo,

5. Et quod permisissent eum Moabite, et impetum ejus ferre non possent,

4. Dixit ad majores natu Madian: Ita debet hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quo modo solet hos herbas usque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab.

5. Misit ergo nuntios ad Balaam, filium Beor, ariolum, qui habitabat super flumen terre filiorum Ammon, ut vocarent eum et dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terre, sedens contra me.

6. Veni igitur, et maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere et eicere eum de terrâ meâ; novi enim quod benedictus sit cui benedixeris, et maledictus in quem maledicta congesteris.

7. Perrexeruntque seniores Moab, et majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus. Cùmque venissent ad Balaam et narrassent ei omnia verba Balac,

8. Ille respondit: Manete hic nocte, et respondebo quidquid mihi dixerit Dominus: Manentibus illis apud Balaam, venit Deus, et ait ad eum:

9. Quid sibi voluit homines isti apud te?

10. Respondit: Balac, filius Sephor, rex Moabitarum, misit ad me,

11. Dicens: Ecce populus qui egressus est de Ægypto operuit superficiem terræ: veni, et maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum.

12. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire eum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est.

13. Qui manè consurgens, dixit ad principes: Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum.

14. Reversi principes dixerunt ad Balac: Noloit Balaam venire vobiscum.

15. Rursùm ille multo plures et nobiliores quàm ante miserat, misit:

16. Qui cùm venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac, filius Sephor: Ne cuncteris venire ad me:

17. Paratus sum honorare te, et quidquid volueris dabo tibi: veni et maledic populo isti.

que in Og insiliit ad decem cubitos, peritigique ad juncturam tibiarum ejus cum pede, ibique cum percussit et occidit, monte simul in eum cadente. Tanta enim molis fuit Og, ut in ejus mortui tibiarum ingrediens, in eâ obrerari per medium diem, quo illum in tibia hæc inscutus esset venator. Referunt hæc Lyranus et Adulensis q. 27. Vide hic quàm de Judæis verum sit illud Davidis Psal. 68, 25: *Fiat mensura eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem, et in scindalium: obscurantur oculi eorum, ne videant*

## CAPITRE XXII.

1. Etant partis de ce lieu, ils camperent dans les plaines qui sont au couchant de Moab, près du Jourdain, au-delà duquel est située Jéricho.

2. Mais Balac, fils de Séphor et roi des Moabites, considérant tout ce qu'Israël avait fait aux Amorrhéens,

5. Et voyant que les Moabites en avaient une grande frayeur, et qu'ils n'en pourraient soutenir les attaques, s'il venoit fondre sur eux, comme il avoit fait sur les rois d'Hésébon et de Basan,

4. Il dit aux anciens qui gouvernaient la partie de Madian la plus voisine de son royaume: Ce peuple exterminera tous ceux qui demeurent autour de nous, comme le bœuf a coutume de brouter les herbes jusqu'à la racine. Balac en ce temps-là étoit roi de Moab.

5. Il envoya donc des ambassadeurs à Balaam, fils de Béor, qui étoit un devin célèbre, et qui demouroit près du fleuve de l'Euphrate, au-delà du pays des enfants d'Ammon, afin qu'ils leissent venir, et qu'ils lui disent: Voilà un peuple sorti de l'Égypte, qui couvre toute la face de la terre, et qui s'est campé près de moi.

6. Venez donc pour maudire ce peuple, parce qu'il est plus fort que moi, afin que je tente s'il pourrai, par quelque moyen, le battre et le chasser de mes terres. Car je sais que celui que vous bénirez sera béni, et que celui sur qui vous aurez jeté la malediction sera maudit.

7. Les vieillards de Moab et les plus anciens de Madian s'en allèrent donc, portant avec eux de quoi payer le devin: et étant venus trouver Balaam, ils lui exposèrent tout ce que Balac leur avoit commandé de lui dire.

8. Balaam leur répondit: Demeurez ici cette nuit, pendant laquelle je consulterai le Seigneur, et je vous dirai tout ce que le Seigneur m'aura déclaré. Ils demeurèrent donc chez Balaam: et Dieu étant venu à lui, il lui dit

9. Que vous voulez ces gens qui sont chez vous? Balaam répondit: Balac, fils de Séphor, roi des Moabites, m'a envoyé

11. Bire: Voici un peuple sorti de l'Égypte, qui couvre toute la face de la terre: venez le maudire, afin que je tente si je pourrai, par quelque moyen, le combattre et le chasser.

12. Dieu dit à Balaam: Gardez-vous bien d'aller avec eux, et ne maudissez point ce peuple, parce qu'il est béni.

15. Balaam s'étant levé le matin, dit aux princes qui étoient venus trouver: Retournez en votre pays, parce que le Seigneur m'a défendu d'aller avec vous.

14. Ces princes s'en retournèrent, et dirent à Balac: Balaam n'a pas voulu venir avec nous.

15. Alors Balac lui envoya d'autres ambassadeurs, en plus grand nombre, et de plus grande qualité que ceux qu'il avoit envoyés d'abord:

16. Qui, étant arrivés chez Balaam, lui dirent: Voici ce que dit Balac, fils de Séphor: Ne différez plus à venir vers moi:

17. Je suis prêt à vous honorer, et je vous donnerai tout ce que vous voudrez: venez et maudissez ce peuple.



18. Respondit Balaam : Si dederit mihi Balac plenum domum suam argenti et auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar.

19. Obsecro ut hic maneatis etiam hanc nocte, et scire queam quid mihi rursus respondeat Dominus.

20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, et ait ei : Si vocare te venerunt homines isti, surge, et vade cum eis : ita duntaxat, ut quod tibi praecepero, facias.

21. Surrexit Balaam manens, et stratâ asinâ suâ profectus est cum eis,

22. Et iratus est Deus. Stetitque angelus Domini in viâ contra Balaam, qui insidebat asinâ, et duos pueros habebat secum.

23. Cernens asina angelum stantem in viâ, evaginato gladio, avertit se de itinere, et ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, et vellet ad semitam reducere,

24. Stetit angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineae cingebantur.

25. Quem videns asina, iunxit se parieti, et attrivit sedentis pedem. At ille iterum, verberabat eam :

26. Et nihilominus angelus ad locum angustum transiens, ubi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deviare, obvius stetit :

27. Cùmque vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis, qui iratus, vehementius cedebat fuste latera ejus.

28. Aperuitque Dominus os asinae, et locuta est : Quid feci tibi ? Cur perennis me ecce jam tertio ?

29. Respondit Balaam : Quis communiis, et illiusiis mihi : utinam haberem gladium, ut te percuterem !

30. Dixit asina : Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consuevisi usque in praesentem diem ? Dic quid simile unquam fecerim tibi. At ille ait : Numquam.

31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, et vidit angelum stantem in viâ, evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram.

32. Cui angelus : Cur, inquit, tertio verberas asinam tuam ? Ego veni ut adversarer tibi : quia per-versa est via tua, mihi-que contraria :

33. Et nisi asina declinasset de viâ dans locum resistenti, te occidisset, et illa viveret.

34. Dixit Balaam : Peccavi, nesciens quod tu stares contra me : et nunc si displicet tibi ut vadam, revertar.

35. Ait angelus : Vade cum istis, et cave ne aliud quam praecepero tibi loquaris. Ivit igitur cum principibus.

36. Quod cum audisset Balac, egressus est in occursum ejus, in oppido Moabitum, quod situm est in extremis finibus Arnon.

37. Dixique ad Balaam : Misi nuntios ut vocarem te, cur non statim venisti ad me ? An quia mercedem adventui tuo reddere nequeo ?

18. Balaam répondit : Quand Balac me donnerait plein sa maison d'or et d'argent, je ne pourrais pas pour cela changer la parole du Seigneur, mon Dieu, pour dire ou plus ou moins qu'il ne m'a dit.

19. Cependant, comme il ne voulait pas perdre l'argent qu'on lui offrait, il ajouta : Je vous prie de demeurer encore cette nuit, afin que je puisse savoir ce que le Seigneur me répondra de nouveau, et s'il ne changera point de résolution.

20. Dieu vint donc la nuit à Balaam, et lui dit : Si ces hommes sont venus pour vous quêrir, levez-vous, allez avec eux, mais à condition que vous ferez ce que je vous commanderai.

21. Balaam s'étant levé le matin, sella son ânesse, et se mit en chemin avec eux, dans le dessein de faire tout ce que Balac demandait de lui.

22. Alors Dieu se mit en colère, et un ange du Seigneur se présenta dans le chemin devant Balaam, qui était sur son ânesse, et qui avait deux serviteurs avec lui.

23. L'ânesse voyant l'ange qui se tenait dans le chemin, ayant à la main une épée nue, se détourna du chemin, et allait à travers champs. Lorsque Balaam la battait et voulait la ramener dans le chemin,

24. L'ange se tint en un lieu étroit, entre deux murailles qui enfermaient des vignes.

25. L'ânesse le voyant se serra contre le mur, et pressa le pied de celui qu'elle portait. Il continua à la battre.

26. Mais l'ange passant en un lieu encore plus étroit, où il n'y avait pas moyen de se détourner ni à droite, ni à gauche, s'arrêta devant l'ânesse, et tomba sous les pieds de celui qu'elle portait. Alors Balaam, tout transporté de colère, se mit à battre encore plus fort avec un bâton les flancs de l'ânesse.

28. Mais le Seigneur ouvrit la bouche de l'ânesse pour reprendre, par l'organe de cet animal stupide, la stupidité encore plus grande de ce faux prophète. Il forma des paroles articulées par la langue de cette bête, et sans qu'elle comprit ce qui se passait en elle, elle dit à Balaam : Que vous ai-je fait ? Pourquoi m'avez-vous déjà frappée trois fois ?

29. Balaam lui répondit : Parce que tu m'as mérité, et que tu es mémoquée de moi. Que n'ai-je une épée pour te tuer !

30. L'ânesse lui dit : Ne suis-je pas votre bête sur laquelle vous avez toujours accoutumé de monter jusqu'à aujourd'hui ? Dites-moi si je vous ai jamais rien fait de semblable. Jamais, lui répondit-il.

31. Aussitôt le Seigneur ouvrit les yeux à Balaam, et il vit l'ange qui se tenait dans le chemin ayant une épée nue, et il l'adora, s'étant prosterné en terre.

32. L'ange lui dit : Pourquoi avez-vous battu votre ânesse par trois fois ? Je suis venu pour m'opposer à vous, parce que votre voie est corrompue, que votre intention est mauvaise, et qu'elle m'est contraire, puisqu'elle est opposée au dessein de Dieu.

33. Et si l'ânesse ne se fut détournée du chemin en me cédant lorsque je m'opposais à son passage, je vous enusse tué, et elle serait demeurée en vie.

34. Balaam lui répondit : J'ai péché, ne sachant pas que vous vous opposiez à moi, mais maintenant, s'il ne vous plaît pas que j'aille là, je m'en retournerai.

35. L'ange lui dit : Allez avec eux ; mais prenez bien garde de ne rien dire ce que je vous commanderai. Il s'en alla donc avec ces princes.

36. Balac ayant appris sa venue, alla au-devant de lui jusqu'à une ville des Moabites, qui est située à l'extrémité du territoire d'Arnon.

37. Et il dit à Balaam : J'ai envoyé jusqu'à deux fois des ambassadeurs pour vous faire venir : pourquoi ne m'êtes vous pas venu trouver aussitôt que les premiers vous ont parlé ? Est-ce que je ne puis pas vous récompenser pour votre peine ?

38. Cui ille respondit : Ecce adsum : numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo ?

39. Perrexerunt ergo simul, et venerunt in urbem, quæ in extremis regni ejus finibus erat.

40. Cùmque occidisset Balac hoves et oves, misit ad Balaam, et principes qui cum eo erant, munera.

41. Mane autem facto, duxit eum ad excelsa Basî, et intuitus est extremam partem populi.

VERS. 1. — PROPECTIQUE CASTRAHETATI SUNT IN CAMPESTRIBUS MOAB. Quæ olim fuerant Moab, jam autem erant Schon, et eo occiso erant filiorum Israel. Secundò, Moab, id est, quæ conjuncta erant Moab, unde Septuag. vertunt ad occidentem Moab, scilicet ex adverso Jericho, uti sequitur. Jam enim Jordani et Jericho ipsique Chananae vicinissimi erant Hebraei.

VERS. 2. — VIDENS AUTEM BALAC, FOX MOAB, UT PATET VERS. 4, QUOD PERTINUISSET EUM (ISRAEL) MOABITE SIBI SUBDITI, ET IMPETUM EJUS FERRE NON POSSET. Hebr. quòd angustiantur ut facie Israel.

VERS. 4. — DIXIT AD MAJORIS NATU MADIAN. Madianite enim sunt vicini Moabitibus : hosce ergo concitavit Balac rex Moab, ut secum resisterent Israelitis adventantibus : tam ergo Madianite quàm Moabite pugnarunt contra Judæos, sed soli Madianite perierunt et cæsi sunt cap. 25, 17 ; et c. 21, v. 2, quia Deus nolebat tangi Moabitibus et Ammonitis, propter justum Loth, cujus ipsi erant posteri Deuter. 2, v. 9.

ITA DELEBIT (hebr., ita lambendo absumet) HIC POPULUS OMNES, etc., QUO MODO SOLET BOS HERBAS QUERERE AD RADICES CARPERE, q. d. : Hebraei non subjungant sibi populos, uti solent facere aliae gentes, sed omnes occidunt et absumunt, uti bos herbas : ergo agite, ô Madianite, non tantùm regioni vestræ, sed et vitæ omnium vestrum consulite : agitur enim hic de pelle omnium. Inite ergo consilia, et mecum vires conjungite, ut Hebraeorum vires à nostris cervicibus avertamus. Origenes hom. 11 in Exod. legit : *Quia sicut vitulus ablingit in campis herbam virentem, ita ablinget populus hic populum qui super terram est, per quod, ait, ut à majoribus accipimus, indicatur mysticè populum Dei non tam manu et armis, quam voce et lingua pugnare, id est, orationem ad Deum fundendo.*

VERS. 5. — MISIT ERGONTIOS AD BALAAM, FILIUM BEOR, ARIOLUM. Pro ariolum, Chald. et Septuag. retinent nomen Hebr. quasi proprium loci, vertuntque, ad Pethoram Syriae. Ita enim omnes Hebraei illud accipiunt, Deuter. 25, v. 4, in Hebræo : utroque enim modo hoc nomen accipi potest, ait Eugubinus.

Quæres, qualis propheta fuit Balaam, an Dei, an diaboli ? respondet Eugubinus, fuisse Prophetam Dei, aqñe ac Sybillas, et Mercurium Trismegistum apud Aegyptios : qui tamesi plerique vera cecinerint, idololatras tamen fuerunt, qualis fuit et Zoroastres apud Persas, et Orpheus apud Græcos, apud Hyperboreos Abaris, et Zamolxis apud Getas : quanquam de his non ita constat, sicut de Mercurio et Sybillis. He enim

38. Balaam lui répondit : Me voilà venu ; mais quel avantage en retirerez-vous ? Pourrai-je dire autre chose que ce que Dieu me mettra dans la bouche ?

39. Ils s'en allèrent donc ensemble, et ils vinrent en une ville qui était à l'extrémité de son royaume.

40. Et Balac ayant fait tuer des hœufs et des brebis, envoya des présents à Balaam et aux princes qui étaient avec lui.

41. Le lendemain, dès le matin, il le mena sur les hauts lieux consacrés à l'idole de Baal, et lui fit voir de là tout le camp du peuple d'Israël jusqu'aux extrémités.

## COMMENTARIUM.

non Judææ, sed gentiles fuerunt, æqñe ut Balaam, atque ob meritum virginitatis, obtinuerunt à Deo donum prophetiæ, uti docet S. August. Secundò, quia Balaam prophetaturus hic quæsitivus Deum, Deusque illi occurrit, et per cum oracula dedit, ut patet c. 25, v. 5. Tertio, quia Hebraei, teste Ruperto, et auctore comment. in Job c. 52, qui extat inter opera S. Hieron. (sed non est S. Hieronym.), tradunt Balaam fuisse amicum S. Job, qui in lib. Job vocatur Eliu, eumque fuisse virum sanctum et Prophetam Dei, qui postea, propter inobedientiam et desiderium numerum, dùm Israëli maledicere cepit, divini, vel arioli vocabulo sit nuncupatus.

Verùm dico, Balaam fuisse prophetam non Dei, sed diaboli. Hanc enim significat nomen ariolus, ut patet, unde Balaam fuisse magum, docent S. Cyrillus, Theod., August., Ambros., Nyssen., Procop. et Rabanus, quorum loca citabo c. 25, 5. Secundò, quia Balaam quæsitivus augurium, ut patet c. 24, 1, et ad illud captandum, septem aras extruxit ipsi Baal, eique victimas immolavit, ut patet c. 22, v. ult. et c. 25, 1. Tertio, quia voluit ipse maledicere Israeli, et ad hoc captavit hæc anguria et vaticinia diaboli ; sed Deus pro diabolo ei occurrit, eumque invitum benedicere Israeli cogit. Fuit ergo ipse magus, et demonis alioquin quærelat, eumque consulere, et ab eo edoceri solebat. Quarto, Balaam non fuisse Eliu, patet Job 52, 2, ubi 70 dicunt Eliu fuisse ex regione Austidis, id est, fuisse Idumæum : Balaam verò fuit ex Mesopotamiâ, ut patet Deut. 23, 4. Denique Balaam fuisse hominem impium et perversum, patet non tantùm ex mali ejus voluntate, quâ maledicere voluit Hebraeis, sed etiam ex scandalo fornicationis et idolatriæ Beelphegor, quod eis obijcit : unde et justè ab eis occisus est, ut patet c. 31, v. 8 et 16.

QUI HABITABAT SUPER (JUXTA) FLUMEN, Euphratem scilicet, ut vertit Chald., qui est fluvius Mesopotamiæ, quique autonomasticè in Script. dicitur flumen, tum ob sui magnitudinem, tum quia notissimus erat Hebraeis. Euphrates enim erat Hebraeis à Deo datus terminus terre promise, ut patet Josue 1, 4. Nam Balaam fuit Mesopotamius, uti jam dixi : unde et cap. 25, 7, ipsemet ait se de Aram vocatum esse ; Mesopotamia autem hebr. dicitur Aram naharaim, id est, Aram, sive Syria, quæ inter duos fluvios, scilicet Euphratem et Tigrim, interjacet, itisqñe cingitur. Fuit ergo Balaam ex Mesopotamiâ vocatus à Baal in Moab, eumque inde ad suos coitaret redire, migravit in Madian (invitatus fortè à Madianitis, uti hic à Balac),



ibique cum alii Madianitis occisus est, eò quòd cum his se rursùm opposuisset Hebræis, ut patet cap. 31, 8; ita Abulens, Vatabl. et alii: licet Andreas Masius in Josue 15, 25, patet Balaam fuisse Madianitam origine, quæ sententia non est improbabilis.

**SUPER FLUMEN TERRE FILIORUM AMMON.** *Putat super, id est, juxta Euphratem: nam Euphrates Ammonitis præterlabitur.* Hebr. pro Ammon, est ammo, id est, populi sui; ita Septuag., Chald. et recentiores. Sed hic sensus est inanis et autologus; quis enim nescit Balaam habitasse in populo suo? Melius ergo noster interpres ex aliis Hebr. exemplaribus legit Ammon, vel per Ammo intellexit Ammon; littera enim nun in Ammon non est radicalis, sed heemantica et ascitiua: unde et Genes. 19, v. ult., Ammon non vocatur Ammon, sed ben ammi, in hebræo.

**SEDENS (castra metans) CONTRA ME, q. d.: Israel jam imminet mihi et regno meo: maledic ergo ei, itaque eum à me averte.**

**VERS. 6. — NOVI ENIM QUOD BENEDICTUS SIT, CUI BENEDIXERIS; ET MALEDICTUS, IN QUEM MALEDICTA CONGESSERIS, q. d.: Experientia didici, imprecationes et divinationes tuas esse veras, et reipsa verificari, ut scilicet tu divinas, ita reipsa eunique accidat bonum vel malum. Sic enim et magi et sages nostræ, sæpè ope demonis mala infligunt, quæ rursùm dum volunt, evocant, hominesque et animalia sanitati restitunt. Fingit enim more suo R. Salomon, dum ait Deum quotidie unam horam habere, quæ irascitur malis, et hæc horam scivisse Balaam, ideòque eadem hora imprecari solum alicui malo Dei maledictionem, quæ mox illi obveniebat.**

**PERREXERUNTQUE SENIORES MOAB, ET MAJORES NATU MADIAN, HABENTES DIVINATIONIS PRETIUM.** Hebræicè est, habentes divinationes, sed sicut peccatum sæpè sumitur pro hostiâ expiatrice peccati, ita divinalio hic sumitur pro pretio divinationis, metonymicè. Ita Chald. et alii.

Fuit ergo simulacrum tam Balaam vendendo, quàm Balac emendo hæc maledictionem, saltem ex sua mente et conscientia: siquidem eam à Baal, quem Deum verum esse putabant, expectabant.

Moral. discide hic quàm mala sit philargyria, quæ Balaam perdidit: pecunia enim obediunt omnia. Hinc Greci fixerunt ab Apolline responsum Philippo regi Macedonum, *illum victoriâ potiturum, si pugnetur hastis argenteis*; hoc est, si pecuniâ hostes sollicitaret ad proditiionem: unde idem rex pecuniâ vim experit, dixit: *Nullum arcem quantumvis munitam non expugnari posse, modo ad eam asinum auro onustum immittere posses.* Hinc illud Glabri: *Aureo pupillo ferreus murus frangitur.* Quare rectè dixit Chilo apud Laert., *auream colibus explorari, mentes hominum auro*; et S. Ambr. l. de Bono mortis c. 5: *Laqueus est in auro, viscus in argento.*

Merito ergo viri sapientes et sancti fugerunt philargyriam. Chimo, ad eum Alexander centum talenta misisset, rogavit, cur inter Athenienses ad se solum hæc mitteret Alexander? responderunt legati, quòd eum probum putaret; tum Phocio: *Sinai igitur*

*me talem esse et videri: remisitque totam pecuniam, rogans tantum, ut captivos quosdam dimitteret,* inquit Isidor. Pelus. l. 2, Ep. 146. S. Antonius, ait S. Athanas., ingenti auri radiantis massa in itinere conspexit, illic quasi incendium fugeret, in montem se proripuit. Abbas Pambo, ait Pallad. Lausiac. 10, trecentas auri libras à Melania datas repudiavit. B. Balaam apud Damasc. roganti Iosaphat, ut exiguum pecunie in victum et vesitum acciperet, respondit: *Si pecuniarum possessio bona esset, sodalibus meis eas ante imperitissen: quoniam autem eam exitiosam esse scio, ne illos nec me talibus laqueis implicabo.* Putorem philargyrie corporaliter odoratus est S. Hieron., teste S. Hieron. in ejus Vita. Pecunia quoties offerbatur S. Vincentio per castella prædicanti, vetabatur à sociis suis accipi. Vidit S. Franc. ex crumena reperia in viâ prodire serpentem, tum ille: *Ece pecunia servis Dei nihil est aliud quàm diabolus et coluber venenosus; nam si parum capias, plus et plus cupies: crescit enim amor mummy, quantum ipsa pecunia crescit.* Sequere ergo monita Cassian. l. 7, c. 21, 28, 50: *Hæc erit summa victoria, ut ne minuto quidem nummo conscientia monachi polluantur, ne scintilla hujus in nobis materiam, puta philargyrie igniculum fovemus.*

**VERS. 8. — MANETE HIC NOCTE, ET RESPONDEBO QUICQUID MIHI DIXERIT DOMINUS.** Nocte ex more suo Balaam consulere volebat demonem, sibi familiarem (invocando eum vel voce, vel per magica signa, et per incantationes) illique prætexit hic mendaciter nomen Domini, quasi Deum consuleret, non demonem. Verùm Deus pro demone ei se obtulit, idque non ejus, sed Hebræorum quibus per eum benedicere volebat, gratiâ. Id magis patebit c. seq. v. 4; et c. 24, v. 1.

**VENIT DEUS, scilicet angelus, Dei personam gerens: venit, inquam, sive in corpore assumpto visibiliter, sive tantum per vocem humanam, sive in phantasia Balaam, per visionem cum eo colloquens.**

**VERS. 12. — NOLI IRE CUM EIS, NEQUE MALEDICAS POPULO (Hebræis) QUIA BENEDICTUS EST.** Volebat Balaam, ut pecuniam à Balac obtineret, maledicere Hebræis: unde Deus ei vetat, ne ad eum vadat. Quia, inquit, populus hic Israel benedictus est: quia scilicet, ego benedixi illi, et deinceps benedicam, id est, benefeciam, dans ei omnia prospera, adeò ut vineat omnes suos hostes, et Chananeam obtineat.

Nota. Hæc gesta et dicta Balaam, non ab homine, sed à Deo revelante didicit et scripsit Moses.

**VERS. 18. — NON POTERO IMMUTARE VERBUM DOMINI.** Balaam, licet impius et avarus, hæc tamen Deum revererat, quòd non audeat Dei verbis, et jussu resistere; timebat enim Dei iram et vindictam.

**VERS. 20. — VENIT ERGO DEUS AD BALAM NOCTE, ET AIT EI, etc.: VADE CUM EIS.** Secundò et instantiù vocabatur Balaam à Balac: unde Deus, qui primò venerat eum ire, ut retunderet ejus avaritiam et cupidinem maledicendi Hebræis, hic eum jam retusum et repressum abire permittit, sed hæc lege, ut non alia loquatur, quàm illa quæ à Deo audit: idque ad hoc, ut per Balaam celebraret se et populum suum Israel,

utque Balac per Balaam, quasi suo ipsius gladio, jugularetur. Voluerat enim Balac per Balaam maledicti et diris devoveri Israelei, dixeratque ei: *Novi quòd benedictus sit, cui benedixeris; et maledictus, in quem maledicta congesseris.* Jam Deus hoc in caput ejus retorquet, dum facit Balaam vocatum et paratum ad maledicendum, benedicere Israeli, ut sibi persuadent Balac, certissimò eum à Deo esse benedictum.

**VERS. 22. — ET IRATUS EST DEUS.** Licet enim concessisset Balaam abitum ad Balac, tamen veterat ei aliud facere aut dicere, quàm ipse juberet; Balaam autem auri avidus, ibat ad Balac eà mente, ut malediceret Hebræis, quòd sciebat Deum nolle; audierat enim ab eo v. 12: *Neque maledicas populo, quia benedictus est.* Contrarium autem facere voluisse Balaam hic, patet ex objurratione angeli v. 52: *Ego, ait, veni, ut adversarer tibi; quia perversa est via tua, mihique contraria, quia scilicet, vadis eà mente et spe, ut meo populo, cujus ego sum custos et tutor, maledicas; hoc enim se facturum sperabat Balaam.* Unde et 2 Petri 2, 15, dicitur *mercedem iniquitatis* (id est, iniquæ maledictionis) adamasse; correctorem verò habuisse subjugale animal.

**STETITQUE ANGELUS DOMINI IN VIA CONTRA BALAM.** Hebr. in satan Balaam, ut scilicet se ostenderet esse adversarium Balaam. Angelus hic se ostendit, non Balaam, sed tantum asinæ, cui ipse insidebat. Sic Beati in corpore glorioso, apparent cui volunt, et abscondunt se cui volunt.

**VERS. 27. — CUMQUE VIDISSET ASINA STANTEM ANGELUM, CONCIDIT SUB PEDIBUS SEDENTIS, partim consternata, partim quia non videbat transitum, nec aliud effugium.** Cernebat enim angelum, gladio exerto minitantem mortem, si pergeret; ei ergò cessit, quoad potuit, ut eò magis Balaam durities et cæcitas per eam argueretur: unde et asina locuta est.

**VERS. 28. — APERUITQUE DOMINUS OS ASINÆ, ET LOCUTA EST.** Movit angelus linguam asinæ, ut loqueretur, sicut demon moverat os serpentis, ut loqueretur Evæ: et sicut angelus movit os hippocentauri et satyri, ut loquerentur S. Antonio, cique in eremo viam ostenderent ad S. Paulum Eremitam, teste S. Hieron. in Vita S. Pauli. Fiebat ergò hæc locutio per organa asinæ, sed eam impellente appositè ad vocem articulatam efformandam, angelo, ac suppletè per vicinum aërem, id quòd organa asinæ deerat.

Ubi nota primò. Propriè hic asina non fuit locuta. Loqui enim, est conceptum suum voce exprimere: asina autem non poterat concipere, nec intelligere, quid voces illæ, ore suo prolata, significarent. Hæc ergo voces, non ab asinæ animâ aut mente, sed à movente extrinseco, puta ab angelo, in ore asinæ formabantur; perinde ut ab homine, dum manu sua labia et fentes alterius hominis collidit, voces quædam stridulæ efformantur. Unde sequitur hæc locutionem non fuisse vitalem asinæ: quia non vi animæ, nec phantasiæ ipsius, sed ab angelo producebatur: multò minus fuit vitalis ipsi angelo, sed in aere et ore asinæ

recipiebatur. Vitalis enim actio est, quæ elicitur ab animâ, et in eadem recipitur.

Nota secundò. Has tamen voces angelus non formabat in aere vicino, nec in ore asinæ, sine asinæ organis: sic enim non magis diceretur asina locuta quàm domus, in quâ angelus loqueretur. Jam autem S. Scriptura et Patres, ut S. Augustin. Orig. Theodor. Ambros. et alii dicunt asinam esse locutam, emque corripuisse Balaam.

Nota tertio. Sola tamen organa asinæ, uti et aliorum brutorum (exceptis avibus quibusdam, ut psittaco) non sufficient ad formationem vocis humanæ. Ad illud enim requiritur os humanum, aut illi simile: illud enim solum habet vim et dispositionem organi interniorem, quâ colligitur aer ad formationem vocis, et quò fit debita percussio et collisio aeris ad palatum, labia, dentes, etc., ad emissionem talis, vel talis vocis, quòd est articulare vocem: hisce autem caret os asinæ et aliorum brutorum; nam, ut alia lateam, os eorum cum sit longum, et lateraliter apertum, non potest aërem ab intimis progredientem colligere, et in dentibus collidere et frangere: quia aer totus lateraliter per rictum effluit. Angelus ergo per aërem vicinum idipsum, uti et cætera, quæ organa asinæ deerant, supplevit: tenuit enim aërem fortiter, ut resisteret, ne aer et vox ex ore asinæ efflueret: atque aliâ ex parte, aërem in ore asinæ ita collisit et allisit ad organa oris, ut articulatam vocem exprimeret. Ita Abulens.

Nota quartò. Idem fuit Angelus, qui Balaam domi locutus fuerat, ut iret ad Balac, idem qui illi in viâ obstitit armatus, idem qui locutus est per os asinæ: amplam enim spheram præsentia et activitatis habent angeli.

Nota quintò. Apparuit Angelus cum fulgenti gladio, ut doceret Balaam, si maledicere vellet Hebræis, à Deo benedictis, eum bellum contra Deum et angelos suscepturum. Ita S. Cyrillus lib. 6 de Adoratione.

Nota sextò. Angelum hunc fuisse Michaelum (qui præses erat Synagogæ Judæorum, uti jam est Ecclesiæ Christianorum) tradunt Procop. et alii apud Theodor. quæst. 42.

Simile est quòd legitur in Vita S. Galgani Senis excusâ anno Domini 1572, et ex eâ apud Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italice ad diem 4 Decembris: Galgani enim in agro Senensi natus regnante Frederico I Imper. sub anno Domini 1155, voluptuosam agens vitam, à Michaelæ Archangelo bis in somnis monitus, ut mores in melius mutaret. Christique miles fieret, in montem Sepium venit, ubi tertio ab eodem angelo monetur, ut mundum deserens Deo vacet. A quo consilio mater et propinqui illum, uxorem et elegantem et divitem præcones, omni studio avertere conati sunt: cum verò ab eis persuasus ad sponsam videndam equitaret, sic repente constitit equus, ut calcariis ad progrediendum stimulatus locutus feratur, dixeritque, se ab angelo progressi prohibitorum: cujus etiam in saxo vestigia apud eum montem monstrantur. Quare vitam mutans in eremum



scendens, caelestem in orationibus, jejuniis, omnique austeritate vitam agit, ac post annum caelesti voce ad aeternam requiem hinc verbis evocatus : *Salus est quod laborasti ; metas nunc quod seminasti ; obdormiuit in Domino anno sextatis 55, sub annum Domini 1181, et mirabilis vivus et mortuus claruit.*

Nota septimò. Usus est Deus voce asinae, tum quia congruè bruta mens per brutum docetur, tum, ut ait Nysseus l. de Vita Mosis sub finem, ut erudiretur et castigaretur vanitas auguris (Balaam) qui rudium asinae, et garrum avium, quasi omnia quae profutura significarent, observare solebat. Similia enim omnia superstitionis observasse Gentiles, docet Cyril. Alex. l. 5 contr. Julian., ubi et addit : *Commemorabo Dodoniam quercum, quam hominum aium vocat.* Sic Isegonis Gitiensis in Rhodo insula scribit, Jovis taurum humano sermone locutum. Magis mirum est quod refert Alexander Magnus in Epist. ad eum praeciptorem de suo itinere, situmque Indiae, de duabus arboribus, una virilis roboris solis, altera feminae lunae, indicè et graeco sibi loquentibus, et oraculum dantibus. Arbor enim solis primo iurare solis orientis tacta, et indicè dixit : *Iniuncte bellis, Alexander, unis eris terrarum orbis dominus : sed virus in patria non reverteris : ita enim fata de tuo capite statuerunt.* Arbor verò luna, primis lunae noctu orientis radiis percussa, consultà ab editio, ubi moriturus esset Alexander? graeco respondit : *Alexander, plenum jam aetatis finem non habes, sed sequenti anno mens Maio in Babylone morieris : à quo nihil speras, decipieris.* Sciscitatus est rursum ab arbore solis Alexander, à quo occiderent esset, quemque finem mater, et sorores essent habiturae? Arbor graeco respondit : *Si mortis tuae tibi insidiatorem prodidero, instantia fata faciliè multabis. Milii quoque tres irascuntur sorores (Parca, cuique sua fata, quasi pensa distribuunt) quod earum pensa impedierim. Igitur ad annum, et menses octo Babylone morieris, non ferro, ut suspicaris, sed veneno. Mater tua turpissimo et miserando exitu, quandoque insepulta iacebit in via, avium ferarumque praeda. Sorores tuae diu foto felices erunt. Tu modo cave ne nos ulterius scisciteris ; quin excede nostri luci terminos, et Phasicam Poranque revertere. Haec si vera sunt, magica sent, factaque ope demonibus, qui sicut per idola, ita per arbores loqui potest.*

Topolog. S. Gregor. 5 p. Pastor. admon. 13, et ex eo Rabanus : *Asina retardata angelum videt, quem Balaam necdum videbat ; quia plerumque caro tarda, per molestias flagello suo mente indicat Deum, quem ipsa carni praesidens non videbat.* Asina ergo, id est, caro flagellata, saepe Balaam, id est, menti caecae et depravata, Deum revelat et ostendit.

Rursum idem Greg. 27 Mor. c. 1 : *Sicut, ait, irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturae rationalis accessit ; ita saepe quilibet indignus sancta verba per prophetia spiritum accipit, sed tamen ad promerendam sanctitatis gloriam non perthit, ut et supra se loquendo eminet, et infra se vitioso torpescat.*

VERS. 29. — UTINAM HABEREM GLANUM, UT TE PERCUTEREM. Vide hic Balaam et praeiorum hominum arrogantiam et dementia, qua suos monitores et salutarios auctores insectantur verbis et verberibus. Ita Herodes suum monitorem Joannem Baptistam occidit. Ita Alexander Magnus Clytium fiddissimum amicum et monitorem temulentus transfixit. Hic verum est illud Comici : *Obscupidum amicos, veritas odium parit.* Ita Canbysem, ut scribit Seneca l. 3 de Ira è. 14, tino deditum Praexaspes amicissimus monabat, ut parcius biberet ; turpem esse dicens obrietatem in rege, quem oculi omnium guresque sequerentur. Ad hoc rex : *Ut scias, ait, quod nunquam excidam tibi, approbabo jam, et oculos post vinum in officio esse, et manus. Bibi deinde liberalius quam alius ; et jam gratis ac vinolentus, objurgatoris sui filium procedere ultra limen jubet, alleatque super caput sinistra stare. Tunc intendit arcum, et ipsum cor adolescentis fugit, rescissoque pectore, haerens in ipso corde spiculum ostendit : ac respiciens patrem, an satis certam haberet manum, interrogavit. Ita barbarus isto. Verè dixit Sapiens Prov. 13, 12 : *Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur ; et c. 29, 1 : Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus.* Ita Canhyes paulo post vitam et regno privatus est : ita et Balaam paulo post ab Hebraeis in pugna occisus est, c. 13, 8.*

VERS. 50. — DIC, QUID SIMILE UNQUAM FECERIM TIBI? AT ILLE AIT : NEQUAM. Inde convincebatur Balaam, quod sine ratione percussisset asinam, neque illum ipsi illudere voluisse, sed compulsam fuisse ab angelo : unde mox angelus se revelans Balaam, elargè ejus caecitatem, aequè ac impietatem coarguit. Mira enim fuit caecitas et furor Balaam, quod audiens per miraculum asinam loquentem, non expaverit, non obstupuerit, nec miraculi causam et significationem investigarit ; sed irà percitus minetur asinae mortem, punis ex eo quod humana voce loquebatur, eam quasi rationis compotem, sibi voluisse illudere.

Tradunt, imò fabulantur Thalmudici, Deum decem res creasse die sexta mundi, ad solis occasum incipiente sabbato, scilicet primò, os terra, quod devoravit Core, Dathan et Abiron : de quo dixi c. 16. Secundo, os putei quod semper patebat Judaeis, vivente Marià sorore Mosis, et praecedebat Hebraeos, de quo c. 20, 1. Tertio, os asinae Balaam ad loquendum, de quo hic. Quartum, fuit iris, sive arcus caelestis, de quo Gen. 9, 13. Quintum, fuit aries, quem immolavit Abraham pro Isaac, Genes. 22, 13. Sextum, fuit virga Mosis, quae divisit mare Rubrum, Exod. 14, 21. Septimum, fuit manna. Octavum, fuerunt primae tabulae legis, quas Deus et dedit, et Decalogo inscripsit. Nonum, sunt ipsi demones, apparentes hominibus. Decimum, sunt forcpes ; primas enim forcpes aiunt descendisse de caelo, nec potuisse aliter fieri ; itaque resolvunt illam vulgi questionem, utrum prius fuerit malleus, an forcpes? Haec recenset, et fusè refellit Abelenus quaest. 10, merè enim sunt fabulae.

VERS. 51. — PROTINUS APERUIT DOMINUS OCULOS BALAAH, ET VIDIT ANGELUM, q. d. : Fecit Deus ut Balaam

videret angelum, idque, quia sustulit vel aorsium, quia eum percerisset, vel nebulam aliamve obicem, quem oculis ejus objecerat ; aut quia angelus, qui speciem sui soli asinae prius immerisset, jam etiam eandem oculis Balaam immisit, eamque terribilem et minacem cum fulgenti gladio.

VERS. 52. — PERVERSA EST VIA TUA, MIHIQUE CONTRARIA, scilicet, ob perversam intentionem qua proficisceris ad Balac, videlicet ut maledicas Hebraeis. Nota. Haec visio, et collocutio cum angelo contigit soli Balaam : praecesserant enim principes Balac, qui eum, uti vocarent, ita et deducebant ; ac non longe post eos sequebatur ipse Balaam, qui profunde solus angelum vidit et allocutus est.

VERS. 55. — ET NISI ASINA DECLINAVISSET DE VIA, DANS LOCUM RESISTENTI (obstitenti mihi angelo) TE OCCIDISSENT, AT ILA VIVERET. Hebr. est, *illam vivificasset.* Unde colligit Hebraei, asinam hanc, mox ut locuta est, fuisse mortuam, itaque ad honorem, non Balaam, sed humani generis, ne scilicet superstes maneret asina, quae ratione hominem aliquid convicerat. Verum hoc ex hisce verbis colligi nequit : tantum enim eis significat angelus, se occisurum fuisse Balaam, non autem asinam, nisi ea declinasset. *Vivificare* enim Hebraeis, saepe idem est, quod in vitam conservare, vel vitam non adimere, sed indulgere. Significatur enim actus, non inchoatus, sed continuatus ; q. d. : Occidendo te, non occidissim asinam, sed illam in vitam servassem : tui enim solius, uti fuit culpa, ita futura erat et poena.

VERS. 58. — NUMQUID LOQUI POTERO ALIUD, NISI QUOD DEUS POSUIT IN ORE MEO? quod scilicet Deus mihi revelarit et jussisset ut enuntiem. Praeoccupat Balaam, ut amatoriù à se indignationem Balac, si forte vaticinetur contra ejus votum et desiderium.

VERS. 59. — VENERUNT IN URBEH, QUAE IN EXTREMIS CAPUT XXIII.

1. Dixitque Balaam ad Balac : *Aedifica mihi hic septem aras, et para totidem vitulos ; ejusdemque numeri arietes.*

2. Cùmque fecisset juxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum et arietem super aram.

3. Dixitque Balaam ad Balac : *Sta paulisper juxta holocaustum tuum, donec vadam, si forte occurrat mihi Dominus, et quodcumque imperaverit loquar tibi.*

4. Cùmque abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutusque est ad eum Balaam : *Septem, inquit, aras erexi, et imposui vitulum et arietem desuper.*

5. Dominus autem posuit verbum in ore ejus, et ait : *Revertere ad Balac, et haec loqueris.*

6. Reversus invenit stantem Balac juxta holocaustum suum, et omnes principes Moabitaram :

7. Assumptaque parabola sua, dixit : *De Aram adduxit me Balac, rex Moabitaram, de montibus orientis : Veni, inquit, et maledic Jacob ; propterea et detestetur Israel.*

8. Quomodo maledicam cui non maledixit Deus? Quà ratione detestetur quem Dominus non detestatur?

REGNI EIUS FINIBUS ERAT. Hebr. *venerunt in urbem chusot, q. d. : In urbem quae foris, vel extra regnum posita erat in confinibus.* Secundo, Oleaster verit, *venerunt in urbem divisionum, id est, quae erat fines regni, dividiens illud à vicinis.* Tertio, Vatabl. putat Chusos, esse nomen proprium urbis.

VERS. 40. — CUMQUE OCCIDISSET BALAC BOVES ET OVES, MISIT AD BALAAH, etc., MUNERA, q. d. : Instituit Balac, ob latum adventum Balaam, festa, sacrificia et convivia, indeque munera et partes ad epulandum misit ipsi Balaam, suisque principibus, qui eum comitatu fuerant ; gentiles enim in festis, triumphis, rebusque laetis instabant sacra convivia, in quibus primò victimas suis diis immolabant : deinde ex his epulum solelemne, et quasi sacrum instituebant, ac denique ad absentes amicos mittebant epulo hujus partem.

VERS. 41. — MANE AUTEM FACTO DUXIT BAAH AD EXCELSA BAL, ET INSTITUIT EST EXTREMAM PARTEM POPULI, q. d. : Mane Balac duxit Balaam ad excelsa, scilicet loca, puta ad montem continentem templum, vel sacellum, in quo colebatur Baal, itaque ad hoc, ut scilicet ex hoc monte Balaam videns castra Israel, atque idolo Baal immolans, ab eo vires, spiritum, et quasi enthusiasm acciperet, ad maledicendum Israeli. Haec enim de causâ septem ibi aras erexit, in hisque immolavit Balaam, ut dicitur c. seq. v. 1. Ita Abelenus. Fuit hic mons Alarim, qui dividebat Moabitas à regno Sehon et Og, cujus una pars dicebatur Phasga, altera Nebo, in qua mortuus est Moses, ut patet Deut. 32, 49 ; et c. 34, v. 1 et 5. Juxta hunc ergo montem posita erant castra Israel, in locis campestribus, quae proinde passim vocantur campestris Moab, atque ex hoc monte Balaam speculatus est castra Israel, hisque vaticinando, praeter mentem suam benedixit.

#### CHAPITRE XXIII.

1. Alors Balaam dit à Balac : *Faites-moi dresser ici sept autels, et préparez autant de veaux et autant de béliers.*

2. Et Balac ayant fait ce que Balaam avait demandé, ils mirent ensemble un veau et un bélier sur chaque autel.

3. Et Balaam dit à Balac : *Demeurez un peu après de votre holocauste, jusqu'à ce que j'aile voir si le Seigneur se présentera à moi, afin que je vous dise tout ce qu'il me commandera.*

4. S'en étant allé promptement sur le haut de la montagne, à l'écart, Dieu se présenta à lui. Alors Balaam dit au Seigneur : *J'ai dressé sept autels ; et j'ai mis un veau et un bélier sur chacun, pour vous les immoler.*

5. Mais le Seigneur lui mit la parole dans la bouche, et lui dit : *Retournez à Balac, et vous lui direz ces choses.*

6. Etant retourné, il trouva Balac debout auprès des son holocauste, avec tous les princes des Moabites.

7. Et, commençant à prophétiser, il dit : *Balac, roi des Moabites, m'a fait venir d'Aram en Méopotamie, des montagnes de l'orient ; Venez, m'a-t-il dit, et maudissez Jacob ; hâtez-vous de détester Israël.*

8. Comment maudirai-je celui que Dieu n'a point maudit? Comment détesterai-je celui que Dieu ne déteste point?